



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

2 De Tempore Interdicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

bus & Proceribus, totius Imperij Romani ordinibus, interpellare possit. Sunt autem grauamina supra memorata, quæ per capita nunc sequuntur.

GRAVAMINA SEDIS APOSTOLICAE,
non ferenda Germanis, ac primū de Dispensationibus ēre redemptis.

I. Inter reliqua onera, vel illud minime postremo loco est collocandum, q̄ constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo diuinō præcepto, vel interdicta sunt, vel imperata. Quod genus sunt, Matrimoniorum tā innumera excogitata obstacula, ex affinitatis, publicae honestatis cognatione, spirituali, legali, & consanguinitatis tam multis gradibus originem trahētia. Ciborum item usus interdictus, quos deus tamen ad hominis necessitatem creauit, ac cum gratiarum actione promiscue sumendos Apostolus docuit. Hæc nimirum atq; ijs similes complures humanæ constitutiones, eosq; ligant homines, donec pecunia sibi harum legum gratiam a statuentibus impetrent, vt ita pecunia faciat diuītibus licitum, quod tenuībus gratis sit prohibitum. Illicitisq; his legum ac constitutionum humanarum retiaculis, non modo magna nummorum copia à Germanis est expiscata, e Germania & trans Alpes lata, sed & maxima inter æque Christianos orta iniquitas, plura offendicula, simultates, dum tenues hisce laqueis vident se illaqueari, non ob aliud, nisi q; spinas Euangelicas (ita enim Christus diuitias nō semel appellat) non possideant,

DE TEMPORE INTERDICTO.

2. Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum festiennibus, a dominica Septuagesima, qua cantatur in ecclesie

sia, Circumdederunt me, &c. sub Quadragesimæ usq; initio
quo tempore ab ecclesiæ Romanae primoribus, vndiq; nu-
ptias celebrari interdictum est. Quum tamen interim & ab
ecclesiasticis & a saecularibus passim sine discrimine publis-
ce Genialiter viuatur. Sed ita demum interdictum illud pro-
cedit, si gratis hoc facere quis intendat. Qd si nummi spes re-
fulserit, iam quod primum erat prohibitum, impune ac libe-
re facere licet. Est enim & hoc graue Germanorū crumenis
retiaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim gra-
uamen, qd pauperis diuitisq; longe diuersa in relaxandis his
constitutionibus sit conditio.

DE ONERIBVS PAPALIVM INDVL GENTIARVM.

Illud importabile iamolim increbuit Romanarum indul-
gentiarum onus, quando sub persona pietatis, quum aut ba-
silicas Romanas construere, aut protectionem in Turcas
parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem a simplici-
bus, nimiumq; credulis Germanis exuxerunt pecuniarum
medullam. Et quod longe maioris est faciendum, per has im-
posturas, ac earum conductitios præcones & prædicatores,
profligata est germana Christianorū pietas, dū qui extrudere
volebat venales suas B V L L A S, laudes suis mercib⁹ occi-
nebant, miras & inauditas condonari per emptitas has con-
donationes, nedum noxas præteritas, aut futuras viuen-
tium, sed & functorū vita existentium in purgatorio (quod
vocant cantores illi indulgentiarum) ignis, modo numera-
retur aliquid, modo tinniat dextra. Atq; his mercium nun-
dinationibus, simul & spoliata est ære Germania, et Christi
pietas extincta, quando quilibet pro pœcijs, quod in has mer-
ces expenderat, modo peccandi impunitatem sibi pollices-
batur. Hinc supra, incestus, adulteria, periuria, homicidia,
furta, rapina, foenora, ac tota malorum lerna semel originem.

A q.